



**Illustribus ac potentibus comitatus Drentiae D.D. Statoribus ...
Reflorescentis Provinciae et Westerwoldiae Domini Typum
Emendatum LMQ dedicat Cornelius Pijnacker 1634.**

<https://hdl.handle.net/1874/348674>



- Nota Locorum
- Oppida
 - Pagi
 - Nobilium et
Optimatum Domus
 - Vicius
 - Monasteria
 - Propugnacula



M.B.C. 19

DRENTIÆ

COMITATUS.

Et Dominium

WESTERWOLDIÆ.



DE Regionis hujus nominis origine non habeo quod in medium proferre possim; progredior ideo ad fines quibus terminatur, qui sunt ad ^{Finis} Orientem Westphaliæ pars; ad Septentrionem Gelriæ quædam portio; ad Occidentem Frisiæ Occidentalis particula; ad Meridiem habet Twentanum Comitatum cum quadam Transfulaniæ parte. Regio quibusdam in locis firmissima habet propugnacula quæ facile hostium incursum quantumvis propemodum subitos arcere valent; ^{Qualitas} passim quoque referta est ericetis & dumis exiguisque collibus, ex quo facile colligitur quantum frumenti quotannis producat. Pa-

ludibus & stagnis non caret item, quæ totam regionem sua intercapidine occupant. Quocirca incolis aliunde vitæ alimentum mutuari licet; & cum suis commodis terra incolas non satis beare potest, præstat igitur ut sua sterilitate naturæ vicem suppleat, quod plerumque contingere solet in iis locis, quibus provida Natura negavit rerum abundantiam, non detrahat necessitatem; siquidem ericetæ quorundam unum vulgo dicitur *Smilker-voenen* inter situm inter Groningam & Stenevicum, alterum *Echew-voenen* inter Coevordiam & Meppelliam non exiguum commodum rusticis accomodant, quibus effossis & sole duratis (quæ quadrangularem habent formam & Latine loquentibus cespites ustibiles & vulgo *Torf* vocant) magno ipsorum incolarum emolumento annis aliquot retro ad varia loca transvererunt in subfidiam ignis alimenti, scilicet in Hollandiam & in vicinos districtus, & ut facilius illorum esset distractio & e loco amotio, varias fossas & quidem latas & profundas fecerunt. Habet & Paludes ingentes versus Westphaliæ latus, inter quas primum locum sibi vendicat *Musselbroeck* vulgo dicta. Hujus primum oppidum est *Coevorden* variis obsidionum apparatus clarum & nobile, quod mox ab Hispanis, mox a Fœderatis Hollandiæ Ordinibus occupatum varias belli vices sustinuit, quæ ejus fortunam non auerunt, sed summopere debilitarunt; variis tamen propugnaculis munitur & fossis altis, quibus perpetuum militum præsidium additum; siquidem hoc oppidum magni est momenti.

Variis passim in locis stagna apparent quæ pro loci situ sua nomina sortiuntur velut *Groesfontein-meer* quod videtur exaratum, cui adjacent adhuc alia suo liquore vacua & forsitan nunc ^{Maria} in usum cespitum ustibilium, inque ejus finibus visuntur *Saite-meer*, Groningam versus, *Suyplavermee*, versus dominium Westervoldanum, *Noortvolder-meer* ad latus Frisiæ Occidentalis; prope quod exigua adhuc *Duyvel-meer* & *Veser-meer* jacent.

Præfecturis etiam gaudet, ut sunt *Ding spil Noorderle* ad latus Groningæ, *Oostmeer-Ding spil ver*, ^{Ding spil} versus Dominium Westervoldiæ; & ad latus Westphaliæ *Ding spil Soydevel*; & in medio hujus ^{Ding spil} Comitatus *Polder-Ding spil*, *Beyle-Ding spil*, ad latus vero Transfulaniæ *Diverdey-Ding spil*.

Valechane fortissimum eminet prope Dominium *Westervold* probe munitum quod quamlibet ^{Propugnaculum} vim arcere potest, a quo doctum militarium spatium distat exiguum illud fortissimum *Schemer* ^{propugnaculum} dicitur. Nobilitate adibus non minus splendet ut sunt, *Hadixboer*, *Roerboer*, *Anse*, *Aliongarde*, *Het boys te Batinge*, *Estinge*, *Hog foude* & *Westerbeek*, *Woboven* & *Domus ter Klucht*, *Domus ten Roon*, *Dyngelo*. Cœnobium sunt *Assen-Dickinson*, *Schonebeek*, & alia nonnulla.

Pagis quamplurimis & viculis stipantur qui visui hinc inde in tabula obveniunt. Fluminibus irrigatur *Aa* & *Koffa*, & omnibus *Hoozandij* & *Schuyndijp*, &c.

Dominium *WESTERWOLDE* videtur unum genium cum suis vicinis habere tractibus, quod passim quoque paludibus & ericetis est conspicuum in cujus ambitu visitur propugnaculum *Bourtau* non exigui momenti, cui cumquaque quod vulgo ^{Maria} vocant septem, ad quod difficilis est aditus, & supra illud duo visuntur adhuc propugnacula, quorum unum ad amnem *Westvolder-Aa*, *Bellingvolder Ziff* dicitur; & alterum non longe a *Bellingvolder-meer* suo munimine firmum. In hoc districtu apparet Cœnobium *Ter-Apel* undique fluentis intercepti quod amœnitatem faciunt vicina arbores. Adjacent illi regiones Westphalia & Drentæ Comitatus; *Oldenampem* & *Dollartæ* pars, Regio ubi bene colitur, frumenti pro sua magnitudine satis ferax.